Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



39 reg

200

populus meus et populus tuus
unum sit: et equites mei equi
tes tui. Dixitq; Josaphat ad
regem israhel Quere oro te
hodie sermonem dni. Congregavit
ergo rex israel prophetas qdringentos
viros: et ait ad eos. Ire
debeo in ramoth galaad ad
bellandum an quiescam. Cum re
spondissent. Ascende. et dabit
eam dns in manu regis. Dixit
autem Josaphat. Nonne est hic prophe
ta dni quisquam ut interrogemus per eum et ait rex israel ad
Josaphat. Remansit vir unus per
quem possumus interrogare dnm
sed ego odi eum. qm non prophetat
mihi bonum sed malum: michaias
filius iemla Cui Josaphat ait
Ne loquaris ita rex. Vocavit
ergo rex israel eunuchum quo
dam: et dixit ei festina adduc
ere michaiam filium iemla Rex
autem israhel et Josaphat rex
iuda sedebant. unusquisq;
in solio suo vestiti cultu regio in
area iuxta ostium porte samarie: et omnis prophetabat in conspectu eorum. Fecit qq
sibi sedechias filius chanaan
cornua ferrea et ait. hec dicit
dns. his ventilabis sriam donec deleas eam. omnes qq
prophetabant dicentes
ascende in ramoth galaad et
vade prospere: et tradet dns in
manu regis. Nuncius vero as
cendit ut vocaret michaiam. lo
cutus est ad eum dicens ecce ser
mones prophetarum ore uno regi
bona predicant. Sit ergo ser
mo tuus similis eorum: et loquere
bona Cui michaias ait. Vivit
dns. qm quodcumq; dixit michi
dns hoc loquar. Venit itaq;
ad regem: et ait illi rex dicens
a me debemus in ramoth gala
ad ad pugnandum an cessare Cui
ille respondit Ascende et vade
prospere: et tradet dns in manu
regis. Dixit autem rex ad eum
usq; quo atq; usq; adjuro te: ut non
loquaris mihi nisi qd verum est
in nomine dni. Et ille ait. Vidi omnem
israel dispersum in montibus: qm
oves non habentes pastorem. et
ait dns. Non habent isti dominum
suum. revertatur unusquisq; in domum
suam in pace. Dixit ergo rex is
rahel ad Josaphat. Nunquid
non dixi tibi. qm non prophetat mihi
bonum sed semper malum. Ille vero
addens ait. Propter hoc audi sermonem dni. Vidi dnm sedentem
super solium suum: et omnem exercitum celi assistentem ei a dextris
et a sinistris. et ait dns Quis
decipiet achab regem israel ut as
cendat et cadat in ramoth gala
ad et dixit unus verbum hoc
modi: et alius dixit. Egrediar
et ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius
et dixit dns. Decipies et prevalebis: egredere et fac ita Nunc
ergo ecce dedit dns spiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorum
qui hic sunt: et dns locutus est
de te malum. Accessit autem sedechias filius chanaan: et percussit
michaiam in maxillam. et dixit:
Ne ergo dimisit spiritus dni
et locutus est tecum. Et ait michaias. Videbis eum in die illa: qm
ingredieris cubiculum intra cu